

SESSION 2010

**AGREGATION
CONCOURS EXTERNE**

Section : GRAMMAIRE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat sont autorisés.

L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique est rigoureusement interdit.

Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.

De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.

NB : Hormis l'en-tête détachable, la copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.

Tournez la page S.V.P.

Comment faire face aux éloges et à la flatterie.

Ita est, mi Iunior¹ ; quo apertior est adulatio, quo improbior, quo magis frontem suam perfricuit, cecidit alienam, hoc citius expugnat. Eo enim iam dementiae uenimus ut qui parce adulatur pro maligno sit. Solebam tibi dicere Gallionem², fratrem meum quem nemo non parum amat, etiam qui amare plus non potest, alia uitia non nosse, hoc eum odisse. Ab omni illum parte temptasti. Ingenium suspicere coepisti omnium maximum et dignissimum quod consecrari malles quam conteri ; pedes abstulit. Frugalitatem laudare coepisti, quae sic a nostris moribus resiliuit ut illos nec habere, nec damnare uideatur ; prima statim uerba praecidit. Coepisti mirari comitatem et incompositam suauitatem, quae illos quoque quos transit abducit, gratuitum etiam in obuios meritum ; nemo enim mortalium uni tam dulcis est quam hic omnibus, cum interim tanta naturalis boni uis est, ubi artem simulationemque non redolet, nemo non imputari sibi bonitatem publicam patitur ; hoc quoque loco blanditiis tuis restitit, ut exclamares inuenisse te inexpugnabilem uirum aduersus insidias, quas nemo non in sinum recipit. Eo quidem magis hanc eius prudentiam et in euitando ineuitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia speraueras posse apertis auribus recipi, quamuis blanda diceres, quia uera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum ; semper enim falsis a uero petitur ueri auctoritas. Nolo tamen displiceas tibi, quasi male egeris mimum et quasi ille aliquid iocorum aut doli suspicatus sit ; non deprehendit te sed reppulit.

Ad hoc exemplar componere. Cum quis ad te adulator accesserit, dicito : "Vis tu ista uerba, quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeunt, ferre ad aliquem qui, paria facturus, uult quicquid dixerit audire ? Ego nec decipere uolo, nec decipi possum ; laudari me a uobis, nisi laudaretis etiam malos, uellem". Quid autem necesse est in hoc descendere ut te petere comminus possint ? Longum inter uos interuallum sit. Cum cupieris bene laudari, quare hoc ulli debeas ? Ipse te lauda. Dic : "Liberalibus me studiis tradidi. Quamquam paupertas alia suaderet et ingenium eo duceret ubi praesens studii pretium est, ad gratuita carmina deflexi me et ad salutare philosophiae contuli studium" .

Sénèque, *Questions naturelles*, IVa, pr., 9-15.

Notes : 1. *Iunior* est le *cognomen* de Lucilius, dédicataire de l'œuvre. 2. M. Annaeus Nouatus, frère de Sénèque, prit le nom de son père adoptif Iunius Gallio.